

- Atque ea nimirum quaecumque Acherunte profundo<sup>1</sup>  
 prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis.  
 Nec miser impendens magnum timet aere<sup>2</sup> saxum  
 Tantalus, ut famast, cassa formidine torpens ;  
 5 sed magis in vita divum<sup>3</sup> metus urget inanis  
 mortales casumque<sup>4</sup> timent quem cuique ferat<sup>5</sup> fors.  
 Nec Tityon volucres ineunt Acherunte jacentem  
 nec quod sub magno scrutentur pectore quicquam  
 perpetuam aetatem possunt reperire profecto [...]  
 10 Sed Tityos nobis hic est<sup>6</sup>, in amore jacentem  
 quem volucres lacerant atque exest anxius angor  
 aut alia quavis scindunt cuppedine<sup>7</sup> curae.  
 Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est,  
 qui petere a populo fasces saevasque secures  
 15 imbibit et semper victus tristisque recedit [...]  
 Hic Acherusia fit stultorum denique vita<sup>8</sup>.

---

1 [In] Acherunte profundo.

2 *Impendens* [in] aere.

3 *Divum* = *deorum*.

4 *Casum* : jeu sur la polysémie de ce nom : accident, mais aussi, au sens propre, chute (du rocher)

5 *Ferat* : subjonctif à valeur de potentiel (“peut apporter”).

6 Construire : *sed hic* (adv. de lieu) *est nobis* (les Epicuriens) *Tityos quem...*

7 *Cuppedine* = *cupiditate*.

8 Construire : *denique hic* (adv. de lieu) *vita stultorum* (*stulti vs sapientes*) *fit Acherusia* (attribut du sujet).